UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Danieli Presbytero. 331.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

tum verò, tum inquam ille omnium rex, & Paternus ſermo, quòd & illorum tyrannidem odiſſet, & horum miſeria cõmoueretur, humanam naturam ſubiens in acie ſtetit. Itaque trophæa partim iam ſtatuebantur, partim erigebantur, partim in ſpe erant: atque barbarinum quidem dæmonum agmen vnà cum ſuo duce calamitates ſuas deplorabat: humana autem natura ad libertatem tanquam poſtliminio recurrebat. Eáque de cauſa Pſalmiſtes iis, qui in libertatem aſſerti fuerant, vt canticum nouum canerent, imperabat. Siquidem propheticis oculis, quod futurum erat cernebat.

Theodoſio Epiſcopo. 330.

Per commiſerationem ac manſuetudinem, vir ſapientiſſime, calamitates eorum, qui in tentationes inciderunt, lenire adnitere, atque ipſos leui ac ſuaui ſermone ad hilaritatẽ trahe, mœrorìſque radices euelle. Nam ſi hoc ex te intelligant, quòd ſi iuſtæ inuectæ ſunt, delictorum leuationem efficiunt, ſin autem, cùm nihil ſceleris admiſiſſent, oboriri permiſſæ ſunt, coronas conciliabunt, non modò conceptum animo mœrorem profligabunt, verùm etiam lætitia perfundentur.

Danieli Presbytero. 331.

Quòd beatus Presbyter Euſtathius turpium quidem quæſtuum cupiditates fregerit ac profligarit, quicquid autẽ ad probitatem attinebat, ad id propendere cernebatur, ne tua quidem prudẽtia ignorat. Quòd autem, eo ad cælitum concilium transmiſſo, ſeruili animo homines (quorũ in numero eſt impurus quoque Diaconus Euſtathius, qui cùm idem ſibi nomen eſſe permoleſtè ille, vt noſti) ferebat, tanquam mortuo lætitiam conceperint, virtutis autem amantes, ipſius conſuetudine orbati mœrore affecti ſint, illud ex me diſce.

Heroni. 332.

Quando Babyloniorum rex ſupra hu-

ἁπάντων βασιλεὺς ὁ πατρῷος λόγος, τῶν μὲν μισῆσαι τὴν τυραννίδα, τῶν δὲ οἰκτείρας τὰς συμφορὰς ἀνθρωπείαν ὑποδὺς φύσιν, ἐπὶ τῆς παρατάξεως ἔστη. τρόπαια τοιγαροῦν τὰ μὲν εἱστήκει, τὰ δὲ ἠγείρετο, τὰ δὲ ἦν ἐν ἐλπίσι. καὶ τὸ μὲν βάρβαρον τῶν δαιμόνων στῖφος μετὰ τοῦ στρατηγοῦ τὰς συμφορὰς ἔστενεν· ἡ φύσις δὲ ἡ ἀνθρωπεία εἰς ἐλευθερίαν ἀνέτρεχε. διὸ καὶ ὁ μελῳδὸς ᾆσμα καινὸν ᾄδειν τοῖς ἐλευθερωθεῖσι παρεκελεύετο. προφητικοῖς γὰρ ὀφθαλμοῖς ἐθεᾶτο τὸ μέλλον.

Θεοδοσίῳ ἐπισκόπῳ. τλ.

Οἴκτῳ καὶ πρᾳότητι, ὦ σοφώτατε, καταπραΰνειν πειρῶ τὰς τῶν πειρασμοῖς περιπεπτωκότων συμφοράς, καὶ ἐκβιάζου αὐτοὺς λόγῳ ἠπίῳ πρὸς εὐθυμίαν, καὶ ἀναμόχλευε τὰς τῆς ἀθυμίας ῥίζας. εἰ γὰρ γνοῖεν παρὰ σοῦ, ὅτι εἰ μὲν δικαίως ἐπήχθησαν, κουφισμὸν τῶν πταισμάτων ἐργάζονται. εἰ δὲ συνεχωρήθησαν ἐπελθεῖν μηδὲν φαῦλον δράσασι στεφάνους προξενοῦσιν, οὐ μόνον τὴν ἀθυμίαν ἐξοστρακιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ θυμηδίας ἐμπλησθήσονται.

Δανιὴλ πρεσβυτέρῳ. τλα.

Ὅτι μὲν ὁ μακάριος Εὐστάθιος πρεσβύτερος τὰς μὲν τῶν αἰσχρῶν λημμάτων ἐπιθυμίας κατακράτος ἐχειρώσατο, ὅτι δὲ ἦν καὶ ἀνδραγαθίας οἰκεῖον εἰς τοῦτο ῥέπων ἑωρᾶτο, οὐδὲ ἡ σὴ ἀγνοεῖ σύνεσις. ὅτι δὲ τούτου εἰς τὴν ἄνω σύγκλητον μεταπεμφθέντες, οἱ μὲν ἀνδραποδώδεις, ὧν ἐστὶ καὶ ὁ ἐναγὴς Εὐστάθιος ὁ διάκονος. οὗ ἐπὶ τῇ ὁμωνυμίᾳ κομιδῆ ἐκεῖνος, ὡς οἶσθα, ἤχθετο, ὡς τεθνεῶτος ἐχάρησαν. οἱ δὲ φιλάρετοι ἐλυπήθησαν τῆς αὐτοῦ συνουσίας στερηθέντες, τοῦτο παρ᾽ ἐμοῦ μάνθανε.

Ἥρωνι. τλβ.

Ὁπηνίκα τῶν Βαβυλωνίων ὁ βασιλεὺς